DE LOCO AESCHYLI IN CHOËPHORIS V. 540—585.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CONSECUTUS

SCRIPTAM EDIDIT

JOANNES AUGUSTUS HEMMING,

PHILOSOPHIAE DOCTOR.

ROSTOCHII.

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS.

MDCCCLXVIII.

Antiquitatis Graecae monumentorum quum ceteras Aeschyli tragoedias tum Choëphororum vel maxime mutilas nobis esse traditas, res nota est.[1] Quamvis et priorum et nostrae aetatis, ut verba poetae nobilissimi a corruptelarum sordibus judicando purgarent, contenderint et laboraverint permultaque restituerint et emendaverint viri docti — e. g. Stanleius, Schuetzius, Blomfieldus, Hermannus, Dindorfius aliique —, tamen non pauca restant, quae nondum sanata neque restituta sint. Quare operae pretium erit, nonnulla quamvis paucissima ad Aeschylum melius cognoscendum conferre. Qua in re haud levi esse momento merita eorum, qui unius alteriusque tragoediae singulos locos restituerint atque emendaverint, nemo est qui neget: eritne qui dicat, oleum et operam perdidisse eum, qui locum perpetuum et continuum accurate et diligenter perspexerit? Meo igitur periculo mutili Aeschyli mutilarum Choëphororum mutilum locum v. 540 — 585 — Dindorf. duc. — paullo accuratius inspiciam eumque convertam atque interpretabor. —

Res autem sic se habet: Orestes cum Pylade, ut de patris interfectoribus Apollinis jussu vindictam sumeret, in patriam reversus ad Agamemnonis tumulum convenit cum

---

[1]) vide G. Bernhardyum, litt. Gr. P. II. 2 p. 274. 283.

Electra sorore sua domusque Agamemnoniae famulis choricis, quae Clytaemnestra nocturnis formidinibus perterrita, ut inferorum iras inferiis afferendis placarent, sunt missae. A quibus cognitus Orestes cum sorore et choro ad patris sepulcrum lamentationem instituit invocans Agamemnonis deorumque inferorum auxilium ad caedem perpetrandam. Quaerenti autem Oresti, quanam re permota mater miserit libamina, exponunt famulae somnium illud Clytaemnestrae: reginam in somnis visam esse draconem partu edere fasciisque colligato infantis instar praebere mammam, ex qua ille lac cum sanguine mixtum exsuxerit. Quod somnium secundum caedem sibi perficiendam interpretans Orestes pergit:

I. Conversio.

„Imprecor igitur, ut huic terrae patrisque sepulcro hoc somnium bene per me evadat. Interpretor autem illud ita, ut congruens sit iis, quae accident. Nam serpens si ex eodem, quo ego loco discedens ut infans fasciis colligatus est[2]) atque papillam meam nutricem in ore habuit et lac dulce sanguine miscuit, illa autem prae pavore ob hanc calamitatem lamentans clamorem sustulit: profecto est ei, sicut nutrivit horrendum monstrum, moriendum vi; ego autem in draconem mutatus illam interficio[3]), ut hoc somnium indicat. Te autem de his prodigii interpretem mihi eligo.

Chor.: Ita fiat. Reliqua vero expone amicis.

Orest.: Simplex est mea oratio; hanc introire, alios unam quandam rem perficere, alios nihil agere jubeo.

---

[2]) leg. *οὔφις γε παῖς ὢς σπαργάνοις ὡπλίζετο.*
[3]) leg. *κτείνω.*

Impero autem, ut celentur haec consilia mea, ut et illi, qui honestum virum occiderint dolo, dolo etiam pereant iisdem laqueis capti[4]), ut Loxias quoque praedixit, Apollo gubernator, fatidicus antea minime fallax. Peregrino enim similis perfecta armatura armatus cum viro hoc, Pylade, ad portas domesticas perveniam, ut domus hospes et amicus bello consociatus. Et uterque emittemus vocem Parnasiam, Phocensis linguae sonum imitantes. Fac, neminem janitorum laeto animo nos velle recipere, quum malo numine teneatur domus: manebimus ita, ut aedes praeteriens aliquis conjiciendo rem intelligat dicatque haec: „quidnam supplicem portis excludit Aegisthus, siquidem domi versans certior factus est?“ Ubi autem domesticarum portarum limen transgressus illum in patris solio sedentem invenero aut obviam quoque mihi postea iens oculos sustulerit et, ne dubita, dejecerit, ego eum, antequam dixerit: „Cujas advena?“ interficiam celeri ferro circumjecto. Et Furia nequaquam caede carens meri sanguinis bibet tertium potum. Nunc igitur tu quidem bene custodias, quae intus fiunt, ut haec optime eveniant; vos autem jubeo linguis favere et justo tempore tacere et dicere opportuna. Cetera vero, ut intueatur, impero huic, qui gladii certamen mihi constituerit.“

Quibus dictis Orestes cum Pylade ad consilium praeparandum digreditur et Electra sola ad aedes regias regreditur, chorus autem remanens canit carmen respiciens ad rem. —

Sed jam loci nostri singula perlustremus, et sequatur dissertationis altera pars, qua contineatur

---

[4]) leg. *δόλῳ γε καὶ θάνωσιν ἐν ταὔτῳ βρόχῳ ληφθέντες κτλ.*

II. Interpretatio.

Verborum

„ἀλλ' εὔχομαι γῇ τῇδε καὶ πατρὸς τάφῳ
τοὔνειρον εἶναι τοῦτ' ἐμοὶ τελεσφόρον." —

et scriptura a codicibus praebita est integra et sensus bonus. „Somnium, inquit Orestes, quum sese habeat, ut tu modo dixisti, bene eveniat." Nequaquam inusitata est particulae ἀλλὰ significatio „igitur"[5]), ut Orestis nutrix v. 781:

ἀλλ' εἶμι, inquit, καὶ σοῖς ταῦτα πείσομαι λόγοις —

et Xerxis mater Pers. v. 849:

ἀλλ' εἶμι, καὶ λαβοῦσα κόσμον ἐκ δόμων
ὑπαντιάζειν παιδί μου πειράσομαι.

Adjectivum autem τελεσφόρος Wellauerus in lexico Aeschyleo[6]) tantummodo sensu transitivo sumens non bene verbis „finem afferens", „exitum adducens", optime viri docti, qui lexicon Passowianum retractaverunt, et sensu transitivo „ad finem perducens aliquid", ut Prom. v. 511. Μοῖρα dicitur τελεσφόρος, Moera, quae aliquid ad finem perducit, Homericumque illud τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν, usque ad annum finem i. e. maturitatem adducentem i. e. per totum annum[7]), et sensu intransitivo „ad finem perveniens" sumentes explicare mihi videntur, ut v. 212 n. tr. εὐχαὶ dicuntur τελεσφόροι, preces, quae bene evadunt; Sept. v. 655 Eteocles de minis a Polynice jactatis a nuntio certior factus Oedipi patris ἀρὰς dicit νῦν τελεσφόρους et

---

5) De qua particulae ἀλλά significatione exponit Hartungus, pp. II. p. 35. 2.

6) A. Wellauer., lexicon Aeschyleum. L. 1830.

7) cf. Ameis., ad Hom. Od. IV, 86.

Soph. El. v. 633 (ed. Wunder.): *εἰ μὲν πέφηνεν ἐσθλά, δὸς τελεσφόρα;* neque aliter verbum *τελεῖν* sensu intransitivo usurpatum est Soph. El. 1397: *τελοῦς᾽ ἀραί*[8]) et Pers. v. 217: *αἰτοῦ τῶνδ᾽ ἀποτροπὴν τελεῖν.* Ita nostro quoque loco *τελεσφόρος* sensu intransitivo dictum esse mihi videtur. Quare *ὄνειρον τελεσφόρον* est somnium, quod ad finem pervenit, quod non vanum est, sed bene evenit evaditque. Ceterum ad hunc locum neque scholiastes neque interpretes quidquam adnotaverunt: interpretes autem omnes, quorum quidem editiones mihi praesto sunt, conjungere videntur: *ἀλλ᾽ εὔχομαι γῇ τῇδε καὶ πατρὸς τάφῳ, τοὔνειρον — τελεσφόρον,* i. e. „imprecor igitur hanc terram et tumulum patris, ut eveniat mihi hoc somnium", nisi quod viri docti jam laudati, qui lexicon Passowianum retractaverunt, verba *τοὔνειρον εἶναι τοῦτ᾽ ἐμοὶ τελεσφόρον* recte censent significare, non, „ut eveniat mihi hoc somnium", sed „dass dieser Traum durch mich in Erfüllung gehe", ut hoc somnium per me ad finem perveniat. Nam *τελεσφόρον ἐμοὶ* pro *ὑπ᾽ ἐμοῦ* dicitur, ut notum illud *ταῦτα πέπρακται ἐμοὶ* pro *ὑπ᾽ ἐμοῦ,* i. e. pro praepositione cum gen. Graeci conjungunt cum passivo dativum personae. Itaque diceret Orestes: precor a patre infero diisque inferis, ut e tumulo terraque manes mittentes hoc somnium reddant ratum." Ubi de Agamemnonis occisi ultione agitur, quum aliis locis, tum ab Oreste in extremo illo commo v. 456:

σέ τοι λέγω, ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοις —

et a choro v. 476 sqq.:

---

[8]) ad quem locum Wunderus exempla profert Aeschyl. Sept. v. 659: *τάχ᾽ εἰσόμεσθα τοὐπίσημ᾽ ὅπῃ τελεῖ* et Choëph. v. 1012: *οὐ γὰρ οἶδ᾽ ὅπῃ τελεῖ.*

ἀλλὰ κλύοντες, μάκαρες χθόνιοι,
τῆςδε κατευχῆς πέμπετ' ἀρωγὴν
παισὶν προφρόνως ἐπὶ νίκῃ —

iterumque a choro v. 722 sqq.:

ὦ πότνια χθὼν καὶ πότνὶ ἀκτὴ
χώματος, ἣ νῦν ἐπὶ ναυάρχῳ
σώματι κεῖσαι τῷ βασιλείῳ,
νῦν ἐπάκουσον, νῦν ἐπάρηξον —

patris inferi atque deorum inferorum auxilium haud sane incommode invocatur; nostro autem loco, ubi de Clytaemnestrae somnio, ut bene eveniat, agitur, Orestes hanc terram patrisque sepulcrum parum commode imprecari mihi videtur. Neque somnia, quamvis apud inferos versentur, ut legitur apud Hom. Od. XXIV, 12 sqq.:

πὰρ δ' ἴσαν — sc. Mercurius procorumque
interfectorum animae,
quas ille ad inferos deducit —
Ὠκεανοῦ τε ῥοὰς καὶ Λευκάδα πέτρην,
ἠδὲ παρ' ἠελίοιο πύλας καὶ δῆμον ὀνείρων
ἤϊσαν· αἶψα δ' ἵκοντο κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα,
ἔνθα τε ναίουσι ψυχαί, εἴδωλα καμόντων —

a diis inferis mittuntur hominibus rataque fiunt, sed a Jove, deorum superorum maxime rege ac patre, ut Hom. Il. I, 63:

καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν

et Il. II, 26: *οὖλος ὄνειρος* (v. 6.), quem Jupiter Agamemnoni misit:

Διὸς δέ τοι — inquit — *ἄγγελός εἰμι.*

Quae quum sic se habeant, non dubito, quin sit conjungendum:

ἀλλ' εὔχομαι, γῇ τῇδε καὶ πατρὸς τάφῳ
τοὔνειρον εἶναι τοῦτ' ἐμοὶ τελεσφόρον —,

ita ut post verbum *εὔχομαι* commate sit distinguendum; verba autem significant: imprecor igitur a diis vel a Jove, ut huic terrae patrisque sepulcro hoc somnium per me ratum fiat, ut hoc somnium per me bene eveniat evadatque. Dicit igitur Orestes deos invocans: utinam somnio hoc mihi licitum esse portendatur, ut patriam e servitute, cujus jugum *ἡ διπλῆ τυραννὶς χώρας* — v. 973 — civibus imposuit, in libertatem vindicem atque ab interfectoribus pro patre occiso poenam petam, ut Orestes v. 302 seqq.:

τὸ μὴ πολίτας — inquit —

δυοῖν γυναικοῖν ὧδ' ὑπηκόους πέλειν —

et v. 397:

πιστὰ γένοιτο χώρᾳ —

et chorus v. 1046. 1047:

ἠλευθέρωσας πᾶσαν Ἀργείων πόλιν,

δυοῖν δρακόντοιν εὐπετῶς τεμὼν κάρα.

De dativis commodi *γῇ τῇδε καὶ πατρὸς τάφῳ* non est, quod dicam. Verbum autem *εὔχεσθαι* „precari", „preces facere" conjungi quidem solet quum ab aliis sive cum dativo sive cum accusativo sive cum praepositione *πρὸς* c. acc. personarum sive aliis modis tum ab Aeschylo, ut mihi videtur, non nisi cum dativo personae, e. g. Pers. v. 522:

θεοῖς μὲν πρῶτον εὔξασθαι θέλω —;

non raro tamen quum alii tum Aeschylus hoc verbo, quoniam facile cogitantur dii, ad quos aliquis precatur, sine persona quidem, sed cum sequenti accusativo cum infinitivo conjuncto utuntur, ut v. 212. 213:

εὔχου τὰ λοιπά, τοῖς θεοῖς τελεσφόρους

εὐχὰς ἐπαγγέλλουσα, τυγχάνειν καλῶς —

et Sept. v. 266:

εὔχου τὰ κρείσσω ξυμμάχους εἶναι θεούς.

Ut in proximo versu *κρίνω δέ τοί*[9]) *νιν*, sc. *ὄνειρον*, „interpretor somnium“, ita Aeschylus Pers. v. 520:

ὑμεῖς δὲ φαύλως αὔτ' ἄγαν ἐκρίνατε. —

loquitur semperque loqui videtur: Homerus non nisi *κρίνεσθαι ὀνείρους*, e. g. Il. V, 150 *μετῴχετο* — sc. Diomedes — *υἱέας Εὐρυδάμαντος* —, *τοῖς οὐκ ἐρχομένοις ὁ γέρων ἐκρίνατ' ὀνείρους.* Codices[10]) deinde praebent *συςκόλλως* M. R., *δυσκόλλως* G. Ald., *δυςκόλως* Turn., *συγκόλλως* Vict., ad cujus emendationem spectat scholiastae interpretatio: „*συνημμένως τῇ ἀληθείᾳ*“, imo potius *τοῖς γενησομένοις*, „congruenter cum iis, quae re vera sunt eventura“, ut interpretatur Klausenius[11]); similiter Suppl. v. 310:

καὶ ταῦτ' ἔλεξας πάντα συγκόλλως ἐμοί.

In proximo autem versu pro librorum scriptura *ἐκλείπων* scribendum esse *ἐκλιπών* recte viderunt Blomfieldus, Hermannus[12]), Weilius[13]). Versus, qui sequitur, codicibus corruptus et mutilus traditur sic: *οὔφεισεπασασπαργανηπλείζετο*, adscripto in margine *ἐπιμελείας ἠξιοῦτο* M., *οὐ φεῖσε; πᾶσα σπαργάνη πλείζετο* Rob., sic prorsus, sed commate omisso, G., in quo tamen ad initium ultimi verbi a recentiore manu *ὁ* supra adscriptum est, cum signo, quod ante *π* inserendam esse hanc litteram indicet. Hinc *οὐφεῖσε πᾶσα σπαργάνη ὡπλίζετο* Ald., *ὄφις τε πᾶσιν*

---

9) De partic. *δέ τοι* bene exponit Hartung. pp. II. p. 369.

10) M. = Mediceus; cod. optimus s. X. — G. = Guelferbytanus s. XV., quo mendosissimo codice utebatur Ald. (= Aldus). — Florentinus et Venetus, quorum illo utebatur Vict. (= Victorius), hoc R. (= Robortellus), s. XIV et s. XIII. — Parisienses, quorum uno utebatur Turn. (= Turnebus).

11) Aeschyli Choëphorae. ed. Klausen. Go. et Erf. 1835.

12) Aeschyli tragoediae. Recensuit G. Hermannus. ed. II. a M. Hauptio. Berol. 1859.

13) Aeschyli Choëphori. H. Weil. Gissae 1860.

σπαργάνοις ὁπλίζετο Turn. Ita etiam Vict., sed ut *ὡπλίζετο* scriberet, ut Hermannus ad hunc versum adnotavit. Klausenius conjicit *οὔφις ἐπ' ἀμὰ σπάργαν' ἠδ' ὅπλ' ἵζετο.* Non premam neque formam *ἀμὰ,* quae quidem legitur Sept. v. 654.

ὦ πανδάκρυτον ἀμὸν Οἰδίπου γένος: —,

nullo autem, quantum equidem video, alio loco, neque tribachyn *ἐπ' ἀμὰ,* qui quidem haud raro in dialogo invenitur, quem tamen, ubi locus corruptus emendetur oportet, in textum recipiendum esse non puto; num autem *ὅπλα* „de omnibus instrumentis, quibus cohibentur et armantur infantium membra“ — sic! — apte dici possit, valde dubito; verba denique *ἐπ' ἀμὰ σπάργαν' ἠδ' ὅπλ' ἵζετο* — ne de triplici elisione verba faciam — non proxime accedunt ad libros, sed procul abscedunt a libris. Bambergerus [14]) deinde conjecit: *οὔφις ἐπάξας* (aptius fortasse *ἐπεισβὰς*) *σπάργαν' ἀμ' ἠυλίζετο,* Ahrens: *οὔφις ἐμοῖσι σπαργάνοις ὡρμίζετο,* et alii alia. Hermannus, quem fere omnes recentiores sunt secuti, emendationem Porsoni *οὔφις ἐμοῖσι* et Turnebi Victoriique *σπαργάνοις ὡπλίζετο* in textum recepit scribens:

οὔφις ἐμοῖσι σπαργάνοις ὡπλίζετο.

Quae Hartungus [15]) dicit quum accusans verba *ἐμοῖσι σπαργάνοις:* „wenn Orest den Mutterleib und die Mutterbrust sein eigen nennen kann, so passt dasselbe doch nicht von den im Traume gesehenen Windeln, indem Orestes doch schwerlich in den nämlichen vor etwa 16 Jahren gelegen hat“ —, tum de hujus loci sensu monens: „da Orest sich genau an die Worte des Erzählten

---

[14]) Aeschyli Choëphori. ed. F. Bamberger. Gotting. 1840.
[15]) Aeschylos' Muttermörder. J. A. Hartung. Leipz. 1853.

hält dergestalt, dass er die nämlichen, oder Synonyma derselben wiederholt, so musste schlechterdings in πασα — παῖς ὥς stecken, welches dem παιδὸς δίκην entspräche, sowie ὡπλίζετο dem ἁρμόσαι — imo potius ὁρμίσαι — und οὔφις dem δράκων entspricht" —, haud incommoda esse mihi videntur. Sed quum οὔφις τε παῖς ὥς, quam particulam τὲ insolite positam defendere conatur, Butlerum secutus conjiciat, Hartungus cogitur, ut praecedens participium ἐκλιπὼν in verbum finitum ἐξέλειπε permutet; quae mutatio necessaria non est, si scribimus:

οὔφις γε παῖς ὡς σπαργάνοις ὡπλίζετο.

Addita autem particula γὲ substantivum οὔφις, quod non sine justa causa primo loco secundi versus positum est, apte premitur.[16]) Sed ut in versu sequente codices praebent μασθὸς, ita v. 531 μαζὸν et v. 897 μαστὸν; et v. 531 et nostro loco Blomfieldus Weilioque aliisque probantibus bene restituit μαστόν. Aptissime autem dicitur μαστὸν ἀμφέχασκεν — verba enim, quae Robortellus tradidit μασθὸν ἀμφέσχηκ' nequaquam sunt respicienda — de infante lactante, quod maternae mammae papillam ex omni parte labris circumfusam exsugit. Omissum deinde articulum, quem verbis ἐμὸν θρεπτήριον additum exspectaveris, monet Klausenius laudans Bernhard. Synt. p. 316. Ceterum θρεπτήριον, quod v. 6: πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον, „cirrum, qui Inacho a me nutritus est", passivo, activo sensu nostro loco positum est: „mamma, quae me nutrivit". Libri deinde praebent θρόμβῳ δέ. Sed quum verba ἔμιξεν φίλον γάλα θρόμβῳ αἵματος somnii, ut ita dicam, momentum sunt, bene Hermannus τὲ emendasse mihi videtur. Librorum deinde scripturam ἀμφιταρβίτῳδ'

---

[16]) cf. Rost., gr. gr. § 133. 1.

M., ἀμφιταρβίτω δ' G. Ald. et ἀμφιταρβίτῳ δ' Rob. corrigens conjecit Blomfieldus, quem Wellauerus et Bambergerus sunt secuti, ἡ δ' ἀμφιταρβεῖ, „formidolosus" —, quod adjectivum apud Aeschylum non invenitur —; Porsonus, quem secuti sunt Hermannus, Dindorfius[17]), Weilius aliique, emendavit ἀμφὶ τάρβει, „prae pavore", ut v. 35 περὶ φόβῳ, „prae timore", Pers. v. 696 περὶ τάρβει[18]); eodem sensu etiam ὑπὸ φόβῳ usurpatur, ut Eur. Bacch. v. 1027 (ed. Schoen.): οὐκέτι γὰρ δεσμῶν ὑπὸ φόβῳ πτήσσω et similiter nostr. tr. v. 28: λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσιν, et ὑπὸ c. gen., ut Eum. v. 183: ἀνῆς ὑπ' ἄλγους μέλαν ἀπ' ἀνθρώπων ἀφρόν, et Ag. v. 541 et v. 587: χαρᾶς ὑπό. Verba autem ἡ δ' ἀμφὶ τάρβει τῷδ' ἐπῴμωξεν πάθει respiciunt ad verba v. 535: ἡ δ' ἐξ ὕπνου κέκλαγγεν ἐπτοημένη. Accusativo deinde νιν, pro quo M. νῦν praebet, a Victorio restituto careri non potest; — ἔκπαγλον τέρας similiter dictum est, ut Ag. v. 862. Clytaemnestra ἔκπαγλον κακὸν dicit τὸ γυναῖκα ἄρσενος δίχα ἧσθαι δόμοις ἔρημον. Hujus autem versus verbis scholiastes adnotavit: ὥσπερ δι' αἵματος ἔθρεψε τὸν δράκοντα, δεῖ αὐτὴν θρέψαι τῷ ἰδίῳ γάλακτι. ὅ ἐστι δι' αἵματος τὴν ἐμὴν ἐπιθυμίαν πληρῶσαι. Klausenius recte explicans: „δεῖ τοί νιν θανεῖν βιαίως, ὡς βιαίως ἔθρεψεν", scholiastae verba δι' αἵματος respicere ad βιαίως adnotavit; sed ad quae scholiastae verba: δεῖ αὐτὴν θρέψαι τῷ ἰδίῳ γάλακτι respiciant quidque significent, me non intelligere profiteor; imo potius scholiastae pergendum fuisse judico: δεῖ αὐτὴν δι' αἵματος θανεῖν. Nam tertium comparationis, quod dicunt, est τὸ αἷμα, sensus autem hic: „mater mea, ut sanguine nutrivit

---

[17]) Aeschyli Tom. I. II. III. G. Dindorf. Ox. 1851 et Aeschyli tragoediae rec. G. Dindorf. ed. V. Lips. 1865.

[18]) cf. Matthiae. gr. gr. 397. ad. 2.

draconem, ita sanguine moriatur oportet," i. e. matri morte violenta moriendum est, non ei licebit morbo naturae debitum reddere. Verbum deinde ἐκδρακοντωθεὶς bene explicat Klausenius: „in draconis partes succedens. Praepositione ἐκ declaratur transitus a moribus filii in mores feros. Ita ἐξηνδρωμένος Eur. Suppl. v. 703, ταυρούμενος Aesch. Choeph. v. 274 (275 ed. Dind.)". A librorum autem scriptura κτείνω, pro qua κτενῶ scripserunt Turnebus et Victorius, nostrae aetatis virorum doctorum Hartungus, Weilius, Dindorfius nequaquam recedendum esse mihi videtur. Nam praesens pro futuro positum, quod a Graecis usurpari solet in enuntiationibus, quibus quis summam animi fiduciam prae se fert[19]), si ullo, hoc loco aptissimum est. Oresti enim, quamvis Apollinis maxime jussu matris interficiendae consilium inierit, tamen hoc consilium nequaquam est firmissimum atque certissimum. Quare in initio tragoediae nostrae sese matrem esse occisurum plane dicentem ac aperte loquentem non audimus; imo vero eo ipso, quod tormenta ac supplicia, quae Apollo deus ei minetur nisi facinus fecerit — v. 276—297 —, diligentissime ac disertissime enumerat, animum fortem non gerentem, sed simulantem sese praebet Orestes, qui, si ullo modo fieri possit, malit, ut liber sit ab inaudito facinore. Ad quem demissum animum spectant quoque, quaecunque verborum in priore commi parte ille facit, quibus auditis chorus v. 414:

καὶ τότε μὲν δύσελπις, — inquit —
σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦται πρὸς ἔπος κλυούσᾳ.

---

[19]) cf. Rost., gr. gr. p. 584. adn. 8. — Scheuerlein. Synt. gr. p. 340; exempla autem hujus praesentis pro futuro positi congessit Wellauer. ad Ag. 1261, quibus Klausen. addit Prom. 171.

Ad firmum autem matris interficiendae consilium Orestes incitatur quum Electrae verbis — v. 429 seqq. —, quibus, quo modo mater in sepeliendo patre planctum prohibuerit, enarrat, tum chori — v. 439 sqq. —, quibus, quam turpiter occisi Agamemnonis corpus dissectum sit tractatum, monet, tum iterum Electrae — v. 444 sqq. —, quibus, quae indigna passa quibusque injuriis affecta sit ipsa, exponit. Quibus auditis Orestes animo firmatus jam eloquitur consilium quum in posteriore commi parte et matrem pro patre turpiter tractato poenam esse daturam dicens v. 435:

πατρὸς δ' ἀτίμωσιν ἆρα τίσει

et patrem v. 456:

σέ τοι λέγω, ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοις

justitiamque deorum v. 461:

Ἄρης Ἄρει ξυμβαλεῖ, Δίκα Δίκα —,

ut auxilium ferant, invocans, tum in verbis, quae commum sequuntur, v. 489. 497:

ὦ γαῖ', ἄνες μοι πατέρ' ἐποπτεῦσαι μάχην. —
ἤτοι δίκην ἴαλλε σύμμαχον φίλοις —

et denique chori verbis v. 512 sqq.:

τὰ δ' ἄλλ', ἐπειδὴ δρᾶν κατώρθωσαι φρενί,
ἔρδοις ἂν ἤδη δαίμονος πειρώμενος —

respondens grave illud v. 514:

ἔσται.

Non satis. Accedit Clytaemnestrae somnium a choro Oresti narratum, quod faustum sibi a diis caedis perpetrandae omen datum Orestes interpretatur. Jam matris occidendae consilium ei non est firmum, sed firmissimum atque certissimum: jam dicit neque *πατρὸς ἀτίμωσιν τίσει* neque *ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοις* neque *ἔσται,* sed — *κτενῶ* — ?, imo potius *κτείνω.* Firmissimum igitur atque certissimum

matris interficiendae consilium, quamvis ceperit, tamen Orestes re eo deducta, ut facinus perficere, occidere matrem debeat, quum matrem exserta mamma, cujus lacte quondam infantem nutrivisset, filii misericordiam supplici voce et gestu implorantem v. 896 sqq.:

ἐπίσχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον,
μαστόν, πρὸς ᾧ σὺ πολλὰ δὴ βρίζων ἅμα
οὔλοισιν ἐξήμελξας εὐτραφὲς γάλα —

audiat videatque, graviter motus consiliique dubius v. 899:

Πυλάδη, τί δράσω; μητέρ' αἰδεσθῶ κτανεῖν; —

a consilio suo discessurus est et cunctatur paullisper; sed modo paullisper: nam a Pylade monitus, ut omni modo sibi perficiendum sit facinus, statim iterum abjecta animi misericordia v. 904 sqq.:

ἕπου — inquit — *πρὸς αὐτὸν τόνδε σὲ σφάξαι θέλω.*
καὶ ζῶντα γάρ νιν κρείσσον' ἡγήσω πατρός·
τούτῳ θανοῦσα συγκάθευδ', ἐπεὶ φιλεῖς
τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν δ' ἐχρῆν φιλεῖν στυγεῖς. —

Ceterum Sophoclea — El. v. 410 sqq. Wunder. — Chrysothemis, quae eadem a Clytaemnestra matre nocturnis formidinibus perterrita, ut inferorum iras inferiis afferendis placaret, est missa, Clytaemnestrae somnium aliter narrat sic: „matrem somniasse, Agamemnonem ab inferis in vitam reversum comprehendisse sceptrum antea a se ipso, illis autem temporibus ab Aegistho gestatum atque in focum infixisse; ex eo autem prosiluisse vigens germen, quo tota Mycenarum terra obumbraretur.“ Quo in Sophoclis loco Neuius in memoriam revocat Astyagis somnium, quod narratur ab Herodoto I, 108: *ἐδόκεε Ἀστυάγει ἐκ τῶν αἰδοίων τῆς θυγατρὸς ταύτης φῦναι ἄμπελον, τὴν δὲ ἄμπελον ἐπισχεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν. — ἐκ τῆς ὄψιος οἱ τῶν μάγων ὀνειροπόλοι ἐσήμαινον, ὅτι μέλλοι ὁ τῆς*

θυγατρὸς αὐτοῦ γόνος βασιλεύσειν ἀντὶ ἐκείνου. — E quibus intelligimus, Clytaemnestram quoque somnio perterritam timuisse, ne sceptrum Aegistho ereptum Agamemnonis posteritati, Oresti, traderetur, ipsa autem Agamemnonis occisi poenas morte sua solveret. Quo igitur Clytaemnestrae somnium a Sophoclea Chrysothemi expositum, eodem spectat ab Aeschyleis famulis choricis narratum.

Verbis autem, quae sequuntur v. 551:

τερασκόπον δὲ τῶνδέ σ᾽ αἱροῦμαι πέρι —

Orestes nihil aliud nisi: Spero, inquit, te eodem modo atque ego hoc somnium interpretantem in matre occidenda mecum consensurum esse; quod haud negans chorus respondet:

γένοιτο δ᾽ οὕτως —

„ita fiat", ut Sept. v. 526: οὕτως γένοιτο. Libri deinde versus, qui sequuntur, hoc ordine et hac forma praebent:

γένοιτο δ᾽ οὕτως. τἄλλα δ᾽ ἐξηγοῦ φίλοις·
τοὺς δ᾽ ἔν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μήτι δρᾶν λέγων.
ἁπλοῦς ὁ μῦθος· τήνδε μὲν στίχειν ἔσω·
αἰνῶ δὲ κρύπτειν τάσδε συνθήκας ἐμάς.

„Versu secundo τοὺς δ᾽ ἔν τι ποιεῖν M. Rob. Turn. τοῦς δ᾽ ἐντιποιεῖν G. Ald. Versu tertio τὴν δέ με vitium Aldinae est; στείχειν emendavit Porsonus. Primo versui, γένοιτο — φίλοις, lineola adscripta est in M. Nulla personae nota in G. Ald. Rob. In Turn. A. γγ. praefixum. Victorius primos duos versus choro tribuit, tertium et sequentes, ubi in M. G. Ald. Rob. nulla personae nota est, cum Turnebo dedit Oresti. Haec distributio editiones occupavit." Hactenus Hermannus. Klausenius, quem unum horum versuum et ordinem et scripturam libris praebitam servasse video, in notis criticis: „Intelligitur, inquit, μὲν ad ἐξηγοῦ: τἄλλα δὲ σὺ μὲν ἐξηγοῦ φίλοις, τοὺς δὲ λέγων

ἕν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν." At rem aliter sese habere, ne Klausenium quidem effugit, in commentario explicantem: „dicas nobis, in quanam re te vel agendo vel actionibus abstinendo adjuvare possimus", quem sensum in verbis a Klausenio in textum receptis equidem invenire non possum. Nam si ad ἐξηγοῦ intelligi deberet σὺ μὲν, deberent sequi verba, quae verbo finito, non accusativo cum infinitivo ad participium λέγων respiciente posita ad verba σὺ μὲν ἐξηγοῦ respiciant, vel potius, quae his verbis opponantur, sive ἐγὼ δὲ ἐξηγήσομαι sive φίλοι δὲ ἐξηγήσονται sive alia similia. Haud scio an eadem causa fuerit Stanleio, Porsona, Schuetzio, Blomfieldo aliisque, quorum editiones praesto mihi non sunt, cur scripserint:

τἄλλα δ' ἐξηγοῦ φίλοις,
τοὺς μέν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων.

At non solum „parum apte chorus dicit τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων" et non solum „in eo versu, quo orationem suam incipit Orestes, τήνδε μὲν στείχειν ἔσω ita dictum est, ut non possit satis defendi anacoluthiae excusatione" — ut recte monet Hermannus —, sed etiam verba τοὺς μέν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγων cum praecedentibus nequaquam satis congruunt. Imo potius, si ullum quid verbis τἄλλα δ' ἐξηγοῦ φίλοις, quo magis explicentur, additur, addendum est hoc in interrogatione positum, sive λέγων, τίνες μὲν ποιῶσί τι, τίνες δὲ μή τι δρῶσι, sive λέγων, τί οἱ μὲν ποιῶσι, τί οἱ δὲ μὴ δρῶσι sive similia. Quod intelligentes viri docti et Klausenius in commentario scripsit: „dicas nobis, in quanam re te vel agendo vel ab actionibus abstinendo adjuvare possimus" et Hartungus in commentario explicavit: „Orestes soll sagen, was man thun und lassen solle" idemque vertit: „Wer etwas thun

soll oder ruhig bleiben, sprich!“ et Donnerus: „Wen willst du handelnd wissen, wen unthätig sehn?“ Itaque recte Hermannus duorum versuum sede permutata scripsit:

ΧΟ. γένοιτο δ' οὕτως. τἄλλα δ' ἐξηγοῦ φίλοις.
ΟΡ. ἁπλοῦς ὁ μῦθος· τήνδε μὲν στείχειν ἔσω,
τοὺς δ' ἕν τι ποιεῖν, τοὺς δὲ μή τι δρᾶν λέγω.
αἰνῶ δὲ κρύπτειν τάςδε συνθήκας ἐμάς —

idemque defendit „hanc versuum distributionem, quod plerumque longiores histrionum orationes duobus minimum chori versibus interpellantur“, loco illo laudato in Ag. v. 1321. Quam hujus loci emendationem Weilius item secutus adnotavit: „haec brevius et obscurius dicta sunt, sed illustrantur sequentibus. Pronomine τήνδε Electra significatur, prius τοὺς ad Orestem et Pyladem, alterum τοὺς ad chorum potissimum referendum videtur. Masculino utitur, quum in universum loquatur“, vel potius τήνδε μὲν — τοὺς δὲ — τοὺς δὲ respiciunt ad φίλοις. Sane hic locus illustratur sequentibus: nam respiciunt ad τήνδε μὲν στείχειν ἔσω, v. 579. 580:

νῦν οὖν σὺ μὲν φύλασσε τἀν οἴκῳ καλῶς,
ὅπως ἂν ἀρτίκολλα συμβαίνῃ τάδε —,

ad prius τοὺς δὲ ea, quae leguntur v. 560—578 et ad alterum τοὺς δὲ, v. 581. 582:

ὑμῖν δ' ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν,
σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια.

Dicitur autem ἁπλοῦς ὁ μῦθος, ut et v. 121:

ἁπλῶς τι φράζουσ', ὅστις ἀνταποκτενεῖ.

et Prom. 975:

ἁπλῷ λόγῳ τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεούς.

Ad ἁπλοῦς adnotavit scholiastes σύντομος, quod adjectivum ipsum legitur Pers. v. 698:

μή τι μακιστῆρα μῦθον, ἀλλὰ σύντομον λέγων.

Adjectivo *τίμιον* augustam Agamemnonis dignitatem, quae augeat atrocitatem caedis, significari, bene monet Klausenius colligens Eum. v. 625:

. . . . . . *ἄνδρα γενναῖον* . . . .
διοςδότοις σκήπτροισι τιμαλφούμενον.

τιμαὶ autem Homericorum *βασιλήων, ἀνάκτων* sunt quum alia *γέρατα* tum plures et electiores praedae partes, ut Il. IX., v. 328 sqq. Achilles:

δώδεκα — inquit — *πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων·* —
τάων ἐκ πασέων κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλὰ
ἐξελόμην, καὶ πάντα φέρων Ἀγαμέμνονι δόσκον
Ἀτρείδῃ,

quippe qui sit *ἄναξ ἀνδρῶν,* i. e. summam imperii tenens; et de Ulixe dicitur Od. X, 38 sqq.:

. . . . *ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ* *τίμιος* *ἐστὶν*
ἀνθρώποις· . . . .
πολλὰ μὲν ἐκ Τροίης ἄγεται κειμήλια καλὰ
ληΐδος. —

In sequentibus autem libri praebent *δόλῳ τε καί,* quae verba Klausenius in commentario explicans conjungit: „*ὡς ἂν δόλῳ (τε) κτείναντες δόλῳ τε θανόντες καὶ ληφθῶσιν ἐν ταὐτῷ βρόχῳ*“, quae, opinor, significent: *ὡς ἂν οὗτοι, οἳ καὶ δόλῳ ἔκτειναν καὶ δόλῳ θανόντες ληφθῶσιν,* — ut e. g. Xenoph. Anab. II, 1, 22: *καὶ ἡμῖν ταῦτα δοκεῖ, ἅπερ καὶ βασιλεῖ,* et Hom. Il. VI, v. 476 sqq.:

Ζεῦ ἄλλοι τε θεοί, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι
παῖδ' ἐμόν, ὡς καὶ ἐγώ περ —[20]),

re vera autem significant: *ὡς ἂν οὗτοι, οἳ καὶ δόλῳ ἔκτειναν, καὶ δόλῳ θανόντες καὶ ληφθῶσιν,* ubi ultimum *καὶ* nullo modo ferri potest. Apparet, ut antea *δόλῳ κτείναν-*

---

[20]) Qua de re exponit Rost. gr. gr. p. 728. *a.*

τες, ita nunc *δόλῳ θανόντες* et *ληφθῶσιν ἐν ταὐτῷ βρόχῳ* aptissime dici. Quare nolim probare aut Dindorfium conjungentem *δόλῳ τε καὶ ἐν ταὐτῷ βρόχῳ ληφθῶσιν* aut Hermannum conjungentem *δόλῳ δὲ* — pro *τε* — *καὶ ληφθῶσιν, ἐν ταὐτῷ βρόχῳ θανόντες.* Hermannus autem, qui antea verba *τὲ καὶ* servata explicavit ea ratione, de qua dixit ad Ag. v. 97: — „monui jam in priore Nubium editione ad v. 180 et ad Vigerum n. 219 copulam participio, quasi id verbum rectum esset, esse subjectum“ — intelligens deinde hic rem aliter sese habere in textum *δόλῳ δὲ καὶ* recepit. At *δὲ* nostro loco parum apte dici mihi videtur. Quare aut cum Hartungo *δόλοισι* aut potius, id quod Bambergero quoque „necessarium videtur, quo fortius alterum *δόλῳ* efferatur“, cum Pauwio *δόλῳ γε* scribendum est. Ceterum Weilius suspicatur *ληφθέντες* — *θάνωσιν.* Et profecto haec sunt ea verba, quae exspectantur aut potius:

δόλῳ γε καὶ θάνωσιν ἐν ταὐτῷ βρόχῳ
ληφθέντες κτλ.

Sed haud scio an propter verborum similitudinem — *δόλῳ κτείναντες* — *δόλῳ θανόντες* — verbum finitum cum participio et vice versa sive ab Aeschylo ipso sive ab alio quodam sit commutatum. Scholiastes deinde ad *ἦ καὶ Λοξίας κτλ.* adnotavit: *τὸ ἑξῆς, ἐφήμισε τὸ πρίν,* quem secutus Robortellus post *ἀψευδὴς* commate distinxit. At recte monet Hermannus: „cohaerent haec *μάντις ἀψευδὴς τὸ πρίν,* prius verax, itaque nunc quoque“, et Klausenius: „*τὸ πρίν·* fiduciam in re positam, quia adhuc talem, qualis optatur, sese ostenderit, vide Ag. v. 1558: *τὸ πρόσθεν εὖ φρονῶν ἐμοί.* Suppl. v. 1017: *ἴχνος τὸ πρόσθεν οὐ διαστρέψω φρενός.* Soph. O. T. v. 652: *τὸν οὔτε πρὶν νήπιον*“. Idem Apollo Verg. Aen. VI, v. 343 dicitur:

„fallax haud ante repertus.“ De veraci Apolline locos in Theol. Aesch. p. 118 allatos, inprimis fr. 266, fr. 184, 5 (ed. Herm.): *τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα;* Pind. Ol. VIII, 41, Pyth. IX, 42: *τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν,* colligi jubet Klausenius idemque recte monet, in hac re hunc deum Mercurii esse contrarium. Quare Apollo de se ipse Eum. v. 615:

μάντις — inquit — *ὢν δ' οὐ ψεύσομαι.*

Loxiam autem Apollinem in iis solummodo rebus appellari, quae ad oracula et vaticinationes pertineant, hancque artem nomine respici probabile esse neque hoc vocabulum a *λοξός,* sed a vetusta vocis *λέγειν* forma Dorica vel Phocica esse derivandum, monet. Klausen. ad Ag. v. 998 [21]). Sed non solum apud tragicos, sed etiam apud Homerum quum ceteri dii tum Apollo saepissime appellatur *ἄναξ* [22]) ejusque soror *Ἄρτεμις* similiter *δέσποινα,* e. g. Soph. El. v. 613. Ceterum non solum Aeschyleus, sed etiam Sophocleus Orestes sese dolo vindictam sumere ab Apolline esse jussum profitetur El. v. 35 sqq.:

χρῇ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος, ὧν πεύσει τάχα·
ἄσκευον αὐτὸν ἀσπίδων τε καὶ στρατοῦ
δόλοισι κλέψαι χειρὸς ἐνδίκους σφαγάς.

Ad *εἰκὼς* scholiastes adnotavit: *οἶμαι ἀντὶ τοῦ ἐοικώς* —; sed dramaticos fere semper dicere *εἰκὼς* et *εἰκέναι* monet Krüger. gr. gr. II. § 39, s. h. v.; recte autem adnotavit et ad *παντελῆ* — *τελείαν* et ad *σάγην* — *πανοπλίαν· ἢ τελείαν περιβολὴν ἔχων ξένου.* Klausenius, qui in commentario de vocabulo *σάγη* fusius exponit, pergit: „Hoc

---

[21]) Editio altera, quam curavit Enger. v. 1033.

[22]) e. g. Soph. El. v. 622. 632. 1357. ed. Wund. — Theocrit. XVII, 70. idem Apollo et I, 128. Pan; vide etiam Ameis. ad Hom. Od. VI, 149.

nostro loco et v. 632 (v. 675. D.) de armatura peregrinatoris, qua ornatus domum intraturus erat Orestes, ut ea se tueretur contra impetum forte oblatum; — et v. d., q. L. P. r.: *σάγη* apud Gramm. et Lexx., secundum Arcad. p. 104, 25. hoc vocabulum in significatione *πλῆθος* etiam *σαγὴ* scriptum esse, Lobeck. ad Buttm. ausführl. Sprachl. 2. p. 405. Goettling. Accentl. p. 159." Quare quum nostro loco hoc vocabulum nequaquam *πλῆθος* significare possit, scribendum est *σάγη*.[23]) Libri deinde praebent *ἐφερκίους* M. G. Ald., *ἐφ᾿ ἑρκίους* Rob., *ἐφ᾿ ἑρκείους* Turn. et sic esse scribendum monet Hermannus ad Soph. Aj. v. 108. Usitatissimum autem quum in aliis nominibus, tum in nominibus propriis anapaestum in trimetris iambicis, non est quod moneatur.[24]) De vocabulo *δορύξενος* scholiastes adnotavit ad Soph. El. v. 46 (ed. Wund.): *δορυξένων· ἀντὶ τοῦ φίλων· κυρίως δὲ οἱ ἐν πολέμῳ γινόμενοι φίλοι, ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης*[25]) —, Wunderus ad Soph. O. C. v. 631: *δορυξενος* proprie, ut ait Pollux libro III, § 60: *ὁ ἐκ τῆς κατὰ τὸν πόλεμον ἐπιμιξίας τὴν γνῶσιν πεποιημένος*, velut Glaucus et Diomedes apud Homerum; quod idem docent Suidas et Eustathius aliique ab Albertio allati ad Hesych. Vol. I, p. 1025. Sed idem nomen apud tragicos latius patet, ut sit omnino *ξένος*, velut hic et Eur. Med. v. 688 et Soph. El. v. 46 —, et ad Aesch. Ag. v. 812. Klausenius[26]): „*δορύξενοι, οἱ ἐκ πολέμου ξένοι γεγονότες τισί.* Eust. Il. III, p. 405, 33. Bl. Itaque omnino

---

[23]) *σάγην* Hauptius in ed. altera Herm. a. 1859 recepit; nihilo minus ed. Weil. a. 1860 et Dindorf. stereotypa quinta a. 1865 praebent *σαγήν*.

[24]) vide Rossbachum et Westphalum, doctr. metr. P. III. p. 189 sqq.

[25]) cf. Hom. Il. VI, 119—237.

[26]) edit. alt., quam cur. Enger., v. 847.

hospites amicitia juncti, quia firmum esse sodalitium in bello ortum.“ Ceterum recte monet Weilius, adjectivum *δορύξενος* habere sinistram ambiguitatem. Praebent deinde *φωνὴν ἥσομεν* Turn. Vict., reliqui *φωνὴν οἴσομεν*: artificiose hoc esse interpretatum Martin., ut Orestes se et Pyladem dicat linguam Parnasiam tamquam vestem inducere et gestare velle, neque locum Herodoti IV, 106 ab eodem collatum huc pertinere recte judicaverunt Bambergerus, Hartungus aliique; neque *φωνὴν οἴσομεν* defendi potest verbis infra sequentibus v. 581: *γλῶσσαν εὔφημον φέρειν*, id quod Klausenius conatur, quoniam aliud est *φωνὴν φέρειν*, aliud *γλῶσσαν φέρειν*. Quare Hermannus, Dindorfius aliique summo jure *ἥσομεν* in textum receperunt. Scripturam autem traditam *Παρνησσίδα* tutatur Hermannus, *Παρνησίδα*[27]) a Porsono datam in textum receperunt quum alii tum Dindorfius, qui idem Eum. v. 11, ut Hermannus *Παρνησσοῦ*, scribit *Παρνησοῦ* adnotans: „nomen hoc ejusque derivata in paucis quae supersint tragicorum exemplis modo *Παρνησὸς* modo *Παρνασὸς* scribi: quae librariorum, non poëtarum inconstantia esse videatur. Sese etsi Jonicam formam rationibus quibusdam defendi posse intelligat, tragicos tamen ut in aliis vocabulis multis, ita in hoc quoque Doricam formam praetulisse judicare.“ Quae Blomfieldi quoque est sententia scribentis, ut Eum. l. l. *Παρνασοῦ*, ita nostro loco *Παρνασίδα*, „quia quum *Παρνάσιος* dixerint Attici de monte Phocio, *Παρνήσιος* vero de Parnethe, monte Attico, sic etiam *Παρνασὶς* eos dixisse probabile sit, quum sermo esset de Parnaso. Conferri jubet Elmsl. ad Aristoph. Acharn. 348. Ruhnken. ad

---

[27]) cf. Erfurdt. ad Soph. Ant. 1130 et Boeckh. ad Pind. Pyth. VIII. init.

Tim. Lex. p. 209", ut ad locum nostrum adnotavit Bambergerus. Quae quum ita sint, hic quoque cum Blomfieldo *Παρνασίδα* scribam. Xenophon. Anab. III, 1, 26: „*Ἀπολλωνίδης τις ἦν, βοιωτιάζων τῇ φωνῇ*" — virum quendam, qui linguae lapsu re vera utitur dialecto Boeotica, nobis profert; recte autem Weilius et Hartungus monent, Orestem, quamvis sese usurum esse Aeolica dialecto hic polliceatur, tamen postea uti Attica dialecto, ut in Euripidis Phoen. chorum Graeca lingua utentem profiteri, sese uti Phoenicia lingua, propterea quod, ut addit Weilius, dialectorum imitatio abhorret a cothurni gravitate, non a socci levitate. Sic hic quoque lex illa in epistola ad Pisones v. 90 sqq. poëtis ab Horatio data:

„Versibus exponi tragicis res comica non vult;
Indignatur item privatis ac prope socco
Dignis carminibus narrari coena Thyestae" —

violata non est. De particularum deinde *καὶ δὴ* significatione „fac" exponit Hermannus ad Vigerum adn. 331 et Dindorfius duce Blomfieldo, qui sese nusquam has particulas cum optativo constructas videre profitetur, Elmsl. ad Eurip. Med. 380, Valcken. ad Herod. p. 591, Markland. ad Suppl. p. 129, b. conferri jubet, eademque de re exponit Krüger. gr. gr. § 54, 1, 1. Alia significatione „jam", „jamjam" hae particulae usurpantur Xenoph. Anab. I, 10, 10: *ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐβουλεύοντο, καὶ δὴ βασιλεὺς . . . . . κατέστησεν,* eadem, de qua Wunderus disseruit ad Soph. El. v. 310. Scribendum autem esse *φαιδρᾷ φρενὶ δέξαιτ'* cum Turn. Vict. — *φαιδρῷ*. G. *φαιδρω* Ald. *φαιδροὺς* Rob., *λέξαιτ'* M. G. Ald. Rob. — monet locus similis Ag. v. 520 sqq.:

φαιδροῖσι καὶ νῦν — sic. Dind.; alii *τοισίδ'* — *ὄμμασι*
δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χρόνῳ.

Verbum *δαιμονᾷ*, ut Sept. 1001: *ἰὼ δαιμονῶντες ἐν ἄτᾳ*, verbo *τετάρακται* bene explicat scholiastes neque minus recte ad v. 567 adnotavit: *κἂν μὴ δεξιωθῶμεν, μενοῦμεν πρὸ τῶν θυρῶν ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε εἰκάζειν τινὰ ἠτιμώθημεν καὶ τοιαῦτα λέγειν*; *εἰκάζειν*, sc. *τὸ ἡμῖν γενόμενον*, conjectari, conjectando assequi aliquid, qui accusativus addi solet, ut v. 976:

. . . . . . *ὡς ἐπεικάσαι πάθη*
πάρεστιν. —

et Suppl. v. 244, 245:

καὶ τἄλλα πόλλ' ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν,
εἰ μὴ παρόντι φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν —

et Soph. El. v. 647 sqq. (ed. Wund.):

Π. *ξέναι γυναῖκες, πῶς ἂν εἰδείην σαφῶς,*
εἰ τοῦ τυράννου δώματ' Αἰγίσθου τάδε;
Χ. *τάδ' ἐστίν, ὦ ξέν'. αὐτὸς ᾔκασας καλῶς.*
Π. *ἦ καὶ δάμαρτα τήνδ' ἐπεικάζειν κυρῶ*
κείνου;

Similiter *προςεικάζειν*, „comparare aliquem cum aliquo", et sine accusativo et sine dativo rei comparatae Ag. v. 164 sqq.:

οὐκ ἔχω προςεικάσαι πάντ' ἐπισταθμώμενος
πλὴν Διός —,

ubi et accusativus *οὐδένα* sive *οὐδὲν* et dativus *Διΐ* intelligendus est. Scripturam libris praebitam *δόμοις παραστείχοντα* — libri *παραστίχοντα*, corr. Victorius — emendans scripsit Boissonadus *δόμους παραστείχοντα*, id quod Hermannus et Dindorfius [28]) summo jure in textum receperunt. Verborum enim cum praepositione *παρὰ* compositorum nulla nisi quae vim movendi non habent — qualia sunt

---

[28]) ed. stereot. Lips. V., non. ed. Oxf.

παρεῖναί τινι, παρίστασθαι, παραγίγνεσθαι, παρακαθέζεσθαι et alia — dativo conjungi solent[29]), accusativo autem quaecunque vim movendi habent — qualia sunt *παραπλεῖν τι, παρέρχεσθαι, παριέναι*[30]). Jonicam autem formam *πύλῃσι* libris praebitam mutavit in *πύλαισι* Blomfieldus, quem secuti sunt Hermannus, Dindorfius aliique. Artificiosissime poëta noster in excitatis verbis et nostro loco viatoris et infra v. 575 Aegisthi: *εἰ - πεῖν „ποδα - πὸς ὁ - ξένος"* et Pyladis ipsius v. 576: *ποδῶ - κει περι - βαλὼν χαλκεύματι*, tribrachyn adhibuit[31]). Praebent deinde *ἀπείργεται* M. Rob. *ἀπείργεται* (ε) G. *ἀπείργετε* Ald. Turn. Vict.: hanc formam Dindorfius et Weilius, cujus versus collatus 656 lucem non affert, illam Hermannus in textum receperunt. Reliquis Aeschyli locis, quibus hoc verbum legitur, v. 293:

. . . . . *βωμῶν τ' ἀπείργειν*

et Sept. v. 471:

πόλεως ἀπείργειν τῆςδε δούλιον ζυγόν —,

constat forma activa. At haud scio an medium nostro loco accipiendum sit eo sensu, de quo exponit Krüger, gr. Spr. 52, 11. Neque Dindorfii conjectura *ἔκδημος περ ὤν*[32]) pro librorum scriptura *ἔνδημος παρὼν* necessaria mihi videtur. Sensus autem horum verborum hic est:

---

[29]) cf. Krüger. gr. Spr. §. 48, 11, 9.

[30]) cf. Krüger. gr. Spr. §. 46, 6, 8.

[31]) cf. Rossbach. et Westphal. doctr. metr. P. III. p. 132. 133 et p. 188: „die Anwendung des Tribrachys macht den Rhythmus lebhafter und bewegter, indem durch ihn die Zeit in kleinere, rascher aufeinander folgende Momente zerlegt wird, und dient daher namentlich der dramatischen Poesie als ein wirksames Mittel, um den bewegten Charakter des Inhalts auch in der rhythmischen Form hervortreten zu lassen."

[32]) defensa in ed. stereot. Lips. V. praef. p. XCVI.

„Nullam, inquit viator, video causam, cur supplex, si Aegisthus in aedibus versatur, a domo arceatur; sin peregre abesset, esset causa, cur advena in aedes non intromitteretur; nam tyrannus, quo metu poenae solvendae sit affectus, vetuit, ne janitores advenas a se ipso non recognitos in aedes intromitterent." Ut verborum ordo ipse indicat, *εἴπερ οἶδεν ἔνδημος παρὼν* quasi corrigunt verba, quae praecedunt, sive addunt causam, cur supplex nulla conditione aedibus excludi debeat. Verbis autem nuntiandi, petendi, postulandi, accipiendi participia *ἐλθὼν, ἰὼν, μολὼν* verbisque deferendi, admovendi, removendi participia *ἄγων, φέρων* verbisque videndi, audiendi, comperiendi participia *παρὼν, παραγενόμενος* a Graecis addi solere, res nota est[33]). Libri deinde *βαλὸν* M. *βᾶλον* G. *βαλὼν* Ald. Rob. *βηλὸν* Turn. Vict.; doricam formam *βαλὸν* recepit Blomfieldus laudans Becker. Anecd. p. 224, 12 *βατήρ*. — *σημαίνει δὲ καὶ τὸν τῆς θύρας οὐδὸν, ὃν Ὅμηρος βηλὸν, οἱ δὲ τραγικοὶ βαλὸν* et *βαλὸν* per *οὐδὸν* explicat Hesychius. Libri deinde praebent, ut v. 561: *ἐφερκίους πύλας* M. G. Ald. *ἐφ' ἐρκίους* Rob., ita hoc loco *βαλὸν ἕρκειον πυλῶν* G. Ald. Turn. *ἐρκίον* Rob. et litteram *ι* ex *ει* factam M., v. 652 autem omnes libri in verbis *θύρας ἑρκείας* consentiunt. Quare, ut v. 652 *θύρας ἑρκείας*, ita nostro quoque loco cum Stanleio *ἑρκείων πυλῶν* et v. 651 cum Turnebo *ἐφ' ἑρκείους πύλας* scribendum est[34]); — *ἀμείβειν βαλὸν* autem dicitur, ut Pers. v. 69:

βασίλειος στρατὸς . . . . . .
. . . . . . *πορθμὸν ἀμείψας*
Ἀθαμαντίδος Ἕλλας.

---

[33]) cf. Rost. gr. gr. p. 768, Valck., Eurip. Phoen. v. 480, Schaef. Soph. O. T. 757., Schneidewin. Soph. Aj. 304.
[34]) cf. Hermann. ad Soph. Aj. 108.

Propterea quod Aegisthus in Agamemnonis solio sedet, ut Aeschyleo nostro Oresti alia causa est, cur Aegisthum interficiat, ita Sophocleae Electrae, cur lacrimas profundat, v. 259 sqq. (ed. Wund.):

ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν,
ὅταν θρόνοις Αἴγισθον ἐνθακοῦντ' ἴδω
τοῖσιν πατρῴοις; —

ad quem locum scholiastes adnotavit: „*καὶ γὰρ μετὰ τὸ φονεῦσαι Ἀγαμέμνονα Αἴγισθος ἐβασίλευσεν*“, in memoriam revocans Homeri locum Od. III, 303 sqq.:

τόφρα δὲ ταῦτ' Αἴγισθος ἐμήσατο οἴκοθι λυγρά.
ἑπτάετες δ' ἤνασσε πολυχρύσοιο Μυκήνης,
κτείνας Ἀτρείδην, δέδμηντο δὲ λαὸς ὑπ' αὐτῷ.
τῷ δέ οἱ ὀγδοάτῳ κακὸν ἤλυθε δῖος Ὀρέστης κτλ.

Dicit igitur Orestes: „Inveniam Aegisthum aut in solio sedentem aut ad me postea accedentem — *μολὼν ἔπειτα* —, postquam ego in aedes receptus ero.“ Libri autem deinde praebent *ἐρεῖ — βαλεῖν* M. G. Ald.; Aeschyli locis, ubi legitur *ἐρῶ*, collatis mihi videtur Hermannus recte monere, „hoc verbum non habere locum, nisi ubi indicatur, quid aliquis dicat.“ Conjectura a Bambergero proposita, quam Hermannus in textum recepit: *ἀρεῖ, σάφ' ἴσθι, καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς βαλεῖ*, „ubi — ille coram me oculos sustulerit et, ne dubita, dejecerit“, („igitur fore dicit, ut Aegisthus vultum suum non sustineat“), quamvis sensus non satis commodus esse mihi quoque videatur, retinenda est. Nam in Weilii conjectura: *ἕξει — βαλεῖν*, „Aegisthum statim interficiet: poterit ille fortasse oculos in Orestem conjicere, non poterit alloqui“, alterutrum *καί*, sive prius cum *μολὼν* sive cum *ἕξει* conjungas, prorsus supervacaneum neque *σάφ' ἴσθι* suo loco positum mihi videtur. Suo enim loco *σάφ' ἴσθι* positum est non nisi conjunguntur aut *κατὰ*

στόμα, σάφ' ἴσθι, καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς aut — ut ab Hermanno — *ἀρεῖ, σάφ' ἴσθι, καὶ καταβαλεῖ ὀφθαλμοὺς* [35]). Similiter dicitur Hom. Od. VII, 317:

πομπὴν δ' ἐς τόδ' ἐγὼ τεκμαίρομαι, ὄφρ' ἐῢ εἰδῇς,
αὔριον ἐς· [36])

Quare Hermanni conjectura, cujus sensus, ut dictum est, non satis commodus est, tamen est retinenda, usque dum aliquis meliora invenerit [37]). Verbis: *ποδαπὸς ὁ ξένος;* —, quibus hoc loco Aegisthum interrogantem facit Orestes, servus re vera interrogat Orestem ipsum advenientem, v. 657:

ποδαπὸς ὁ ξένος; πόθεν; —

quae est solita, si quis peregrinus advenit, formula. Notissimum est illud Homericum:

τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

---

[35]) cf. Wunder. ad Soph. O. C v. 521.

[36]) cf. Ameis. ad h. l.

[37]) Haud scio an scribendum sit: *ἐρεῖν — βαλεῖ.* Si enim verba a Weilio in textum recepta *ἕξει — κατ' ὀφθαλμοὺς βαλεῖν,* significant: „poterit oculos conjicere", nihil obstat, quin conjungantur: *ἐμοὶ κατὰ στόμα, σάφ' ἴσθι, καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς βαλεῖ ἐρεῖν, ἐμοὶ στόμα καὶ ὀφθαλμοὺς* — i. e. *τοῦ ἐμοῦ πρόσωπον,* ut *στόμα* solum pro toto vultu dicitur Il. VI, 42. sqq.:

αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη
πρηνὴς ἐν κονίῃσιν ἐπὶ στόμα·

et Il. XVI, 410.

κὰδ δ' ἄρ' ἐπὶ στόμ' ἔωσε· —

καταβαλεῖ ἐρεῖν, i. e.: „ubi ille in me vultum dejecerit, ut loquatur", sc. *ποδαπὸς ὁ ξένος;* Forma *ἐνεῖν* — de qua infinitivi significatione „eo consilio, ut" exponit Rost. gr. gr. p 687. 7 — invenitur Prom. v. 1007; constat autem verborum exitus *ειν* et *ει* a librariis haud raro inter sese esse permutatos, id quod hoc loco eo facilius fieri potuit, quod *εἰπεῖν* sequitur. Nihilo minus non taceo, verba sic scripta quum alias difficultates praebere tum ab infinitivo *ἐρεῖν,* qui ponitur inter arcte cohaerentia *κατὰ στόμα καὶ κατ' ὀφθαλμοὺς* — quae eadem verbositas pro vocabulo *πρόσωπον* huic loco nequaquam quadrare videtur — abhorrere.

Verba, quae sequuntur, *ποδώκει περιβαλὼν χαλκεύματι*: „*περιβαλὼν* dictum de gladio, qui vibratus desuper in cervice adversarium ferit, itaque re vera circumjicitur. Prorsus alienum est, quod conferunt *περιπεσεῖν ξίφει*, quod dicitur de eo, cujus corpus transfossum gladio circumjectum est et inde derivatum *ἔγχος περιπετὲς* Soph. Aj. v. 967, cujus *περιπτυχὴς* — *περικεκυλισμένος φασγάνῳ εἰςδεδυκότι εἰς τὸ σῶμα* schol. — jacet Ajas v. 899", optime explicare mihi videtur Klausenius. Scholiastes autem ad *ποδώκει* adnotavit: „*τῷ ταχεῖ ξίφει. ὡς ἐπὶ ἐμψύχου δὲ εἶπεν.*" *φόνου* deinde *οὐχ ὑπεσπανισμένη* — *οὐκ ἀποτυγχάνουσα* schol. — dictum est, ut Pers. v. 489 *ἡμᾶς* — *ὑπεσπανισμένους βορᾶς* —; *ἄκρατον* autem *αἷμα*, ut Soph. El. v. 773 (ed. Wund.), idem esse atque *ἐρεμνὸν αἷμα* Soph. Aj. v. 376 (ed. Schneidewin.) et Furiam sanguinem bibentem esse jam exhibitam Ag. 1189 *πεπωκὼς βρότειον αἷμα κῶμος ἐν δόμοις μένει ξυγγόνων Ἐρινύων*, recte monet Klausenius. Ad verba *Ἐρινὺς ἄκρατον αἷμα πίεται τρίτην πόσιν* scholiastes adnotavit partim recte: „*ὡς εἰ ἔφη τοῦ τρίτου κρατῆρος*", partim non recte: „*μετὰ Ἀγαμέμνονα τῶν δύο τούτων τὸ αἷμα.*" Verbis enim *τρίτην πόσιν* alluditur ad notum illum *τρίτον κρατῆρα*, ex quo Jovi Servatori ultima libatio fertur [38]). Quare quum tertia quaeque actio ad Jovem Servatorem spectans afferat salutem, sperat Orestes, hanc caedem fore ultimam; et chorus dicit v. 1073: „*νῦν δ' αὖ τρίτος ἦλθέ ποθεν σωτήρ*" —, quum autem ignoret, utrum Clytaemnestrae caedes ultima sit necne, addit: „*ἢ μόρον εἴπω;*" Non recte autem scholiastes explicat: „*μετὰ Ἀγαμέμνονα τῶν δύο τούτων τὸ αἷμα*", i. e. caedem Agamemnonis et Aegisthi et

---

[38]) qua de re exponit Enger. ad Ag. v. 231. (245. ed. Dind.)

Clytaemnestrae. Aegisthi enim caedem non magni aestimari apparet ex illis, quae de eo interfecto dicit Orestes ipse v. 989. 990:

. . . . . *Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον·*
ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος, ὡς νόμος, δίκην.

Quare de Aegistho est tacendum. Ut Iphigeniam filiam ab Agamemnone patre immolatam ulcisceretur, sese occidisse conjugem Clytaemnestra quidem multis quum nostrae tum Agamemnonis tragoediae locis diserte commemorat. Agamemno igitur interficiendus erat, quod Iphigeniam filiam interfecerat — Aeschyli Agamemno —, Clytaemnestra interficienda est, quod Agamemnonem maritum interfecit — Aeschyli Choëphori —. Nam sic retinetur talionis illud jus, quod chorus canit v. 309 sqq.:

ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ
γλῶσσα τελείσθω· τοὐφειλόμενον
πράσσουσα Δίκη μέγ᾽ ἀϋτεῖ·
ἀντὶ δὲ πληγῆς φονίας φονίαν
πληγὴν τινέτω. δράσαντι παθεῖν,
τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

Quae quum ita sint, primo loco numerare caedem Iphigeniae, secundo Agamemnonis, tertio Clytaemnestrae in mentem venire possit ei, qui non reputet, si Iphigeniam caedem numerasset, Aeschylum nequaquam „*Ἐρινὺς — πίεται*“ dicere potuisse. Nam Erinys, quae Clytaemnestrae caede Agamemnonis, Agamemnonis Iphigeniae caedem ulciscitur, Iphigeniae caede, quippe quae ipsa sit insons, caedem nullius ulcisci potest. Quare laudandi sunt viri docti, qui primo loco caedem liberorum Thyestae, secundo Agamemnonis, tertio Clytaemnestrae (et Aegisthi) Aeschylum numerasse judicant, ut luculentissime elucet ex

Aeschyli ipsius quum Agamemnonis loco jam laudato, v. 1188 sqq.:

καὶ μὴν πεπωκώς γ', ὡς θρασύνεσθαι πλέον,
βρότειον αἷμα κῶμος ἐν δόμοις μένει,
δύσπεμπτος ἔξω, συγγόνων Ἐρινύων.
ὑμνοῦσι δ' ὕμνον δώμασιν προςήμεναι
πρώταρχον ἄτην· ἐν μέρει δ' ἀπέπτυσαν
εὐνὰς ἀδελφοῦ τῷ πατοῦντι δυσμενεῖς —,

tum postremis nostrae tragoediae versibus v. 1065 sqq.:

ὅδε τοι μελάθροις τοῖς βασιλείοις
τρίτος αὖ χειμὼν
πνεύσας γονίας ἐτελέσθη.
παιδόβοροι μὲν πρῶτον ὑπῆρξαν
μόχθοι τάλανές τε Θυέστου·
δεύτερον ἀνδρὸς βασιλεία πάθη·
λουτροδάϊκτος δ' ὤλετ' Ἀχαιῶν
πολέμαρχος ἀνήρ·
νῦν δ' αὖ τρίτος ἦλθέ ποθεν σωτήρ,
ἢ μόρον εἴπω;

Quam ad rem confirmandam accedunt Ag. v. 1217 Cassandrae et v. 1583 sqq. verba Aegisthi, qui, ut pro Iphigenia immolata Clytaemnestra, pro injuriis ab Atreo, Agamemnonis patre, Thyestae, suo patri, sibique ipsi illatis Agamemnonis caede sese ultionem petiisse disertis verbis dicit. Sic ea, quae ab Agamemnone et Clytaemnestra sunt commissa — quae est altera scelerum Tantalidarum series — cum iis, quae ab Atreo et Thyeste sunt peccata — quae est altera scelerum Tantalidarum series — arctissime cohaerent. Nam talionis illud jus non solum in una, sed etiam in pluribus ejusdem gentis stirpibus retinetur. Quare Goethius noster Iphig. Taur. act. IV. scen. 5 in Parcarum illo carmine:

„Es wenden die Herrscher
Ihr segnendes Auge
Von ganzen Geschlechtern,
Und meiden im Enkel
Die eh'mals geliebten
Still redenden Züge
Des Ahnherrn zu sehn.“ —

Sed haec satis superque. Corruptam deinde librorum scripturam *σὺν οὖν* M. *σὺ οὖν* G. Ald. Rob. *σὺ δ' οὖν* Turn. emendans Blomfieldus scripsit *νῦν οὖν*, ut Soph. El. v. 15 sqq.:

νῦν οὖν, Ὀρέστα, καὶ σὺ, φίλτατε ξένων,
Πυλάδη, τί χρὴ δρᾶν, ἐν τάχει βουλευτέον.

ἀρτίκολλα [39]) autem dicitur eodem modo, ut v. 542: *συγκόλλως*, et recte scholiastes explicat: „*σύμφωνα καὶ ὑγιῶς συναρμαζόμενα ταῖς νεωστὶ συνθήκαις ἡμῶν*“, et versus *σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια* — similiter Eum. v. 277: *ἐγὼ . . ἐπίσταμαι . . . καὶ λέγειν ὅπου δίκη σιγᾶν θ' ὁμοίως* — in suspicionem vocatus satis defenditur quum a Klausenio, tum a Bambergero Weilioque. Verba deinde *δεῦρο* — „quod nusquam mihi videtur esse „hic“, sed semper „huc“, ut recte monet Wellauerus in lex. Aesch. — et *ἀγῶνας ὀρθώσαντι* recte mihi videtur explicare Klausenius: „proprie erigere, proponere certamen alicui“, i. e. imponere alicui certamen efficiendum; *ἀγῶνες* autem dicuntur *ξιφηφόροι*, ut similiter v. 720: *ξιφοδήλητοι* et ut *δίκη* Eur. Bacch. v. 987:

ἴτω δίκα φανερὸς, ἴτω ξιφηφόρος.

Ad Pyladem, qui nullas nisi secundas partes sustinet et per totam fere tragoediam agit personam mutam, scholiastes refert *τούτῳ*, v. 583. At neque *τὰ δ' ἄλλα*, omnia reliqua,

[39]) „Proprie: modo aptata“, vertit Todt., de Aeschylo vocabulorum inventore, p. 26. Hal. 1855.

i. e. ea res, de qua agitur, Clytaemnestrae caedes, — ut eadem significatur v. 512:


τὰ δ' ἄλλ', ἐπειδὴ δρᾶν κατώρθωσαι φρενί,
ἔρδοις ἂν ἤδη δαίμονος πειρώμενος —

et Soph. El. v. 644:

τὰ δ' ἄλλα πάντα, καὶ σιωπώσης ἐμοῦ,
ἐπαξιῶ σε δαίμον' ὄντ' ἐξειδέναι —,

ubi scholiastes adnotavit: „*τὰ περὶ τῆς τελευτῆς Ὀρέστου ἔοικεν εὔχεσθαι*“, sc. Clytaemnestra —, neque *ἀγῶνας ὀρθώσαντί μοι* de Pylade dici potest. Neque Pyladem „adstantem et fidum certaminis socium futurum oratione praetermittit“: ubi enim Orestes de se dicit, dicit etiam de Pylade v. 560 sqq.: *ἥξω σὺν ἀνδρὶ τῷδ'* et v. 563: *ἄμφω δὲ φωνὴν κτλ.* Ad Apollinem, sc. *ἀγυιάτην* — Ag. v. 1086 — „cujus statua posita erat ante aedes inter deos *ἀγωνίους*“ quum ab aliis, tum a Klausenio hoc *τούτῳ* refertur. Cui me assentire non posse, propterea quod, quae ab Hartungo ad v. 1 et v. 561 (584. D.) de scena sun disputata, paucis exceptis recte sese habere mihi videan non magni facio; nonne autem mirum esset, si Ores quum ad Apollinis statuam ante aedes positam ne praeeuntibus locis neque sequentibus, ubi Apollo comm moratur, neque v. 558 respiciat, nunc demum illam ma demonstraret? Jussa quidem Apollinis saepenumero com memorantur, sed deus ipse nusquam nisi v. 806 sqq., ubi non minus Jupiter et Mercurius invocantur, ut auxilium ferat, imploratur. At saepissime quum aliis locis tum in commo illo et dii inferi et Agamemno, ut auxilium ferant, invocantur. Recte igitur alii *τούτῳ* ad Agamemnonem referre mihi videntur. Singulis autem iisdem verbis de Agamemnone Aeschylus alibi utitur, v. 377[40]):

[40]) v. 374. ed. Weil.



. . . . . τῶν δὲ κρατούντων
χέρες οὐχ ὅσιαι, στυγερῶν τούτῳ,
παισὶ δὲ μᾶλλον γεγένηνται —,

quem locum Weilius bene restituisse mihi videtur —, et *ἐποπτεῦσαι* v. 489:

ὦ γαῖ', ἄνες μοι πατέρ' ἐποπτεῦσαι μάχην.

Neque pejus *τὰ δ' ἄλλα* et *ἀγῶνας ὀρθώσαντί μοι* ad Agamemnonem relata sese habent. —

Sed haec habui, quae de loci nostri singulis verbis eorumque sensu exponerem. —

Proximi chori, qui copiose pertractatus erat, editio scriptori remissa est.


LIBRARY OF CONGRESS
0 003 053 179 6